



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 97. Mantuanus Cardinalis Simonettæ reconciliatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Denique Philippus Maria Campeg-  
gius contra primum decreti caput quæ-  
dam objecit argumenta circa textus ex  
sexto S. Joannis capite ibidem allega-  
tos: verum ejus oppositiones flocci  
habebantur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. XCVII.

*Mantuanus Cardinalis Simonettae  
reconciliatus.*

Cum prosper Synodi progressus haud  
parum a perfecta Præsidum concor-  
dia dependeret, hinc Simonetta Car-  
dinalis Mantuanum, quocum jam ab ali-  
quo tempore, ut vidimus, similitatem fo-  
vebat, adire constituit, ac die decimo  
septimo Julii absoluta Congregatione  
Ecclesiam egressus eundem convenit,  
illumque ad suum Palatium deducens  
ad prandium invitavit. Certabant am-  
bo mutuis obsequiosi officii testificatio-  
nibus, cum vero Simonetta, ex eo quod  
quidam Præfules sibi familiares contra  
Mantuanum oblocuti fuissent, sese pur-  
gare vellet, mox hic illum interpella-  
bat, dicens, quod ea de re tempore ma-  
gis opportuno sermonem habere vel-  
lent: hoc autem silentio, prout postea  
Olivæ suo a secretis Ministro oretenus  
manifestavit, significare voluit, quod  
haud aliam excusationem peteret, nisi  
erga se mutatam in melius agendi ra-

Pallav. c. 13.

n. 5.

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

nem: de cetero autem de præteritis nullam omnino indignationis memoriam conservare vellet.

## §. XCVIII.

*Hispaniæ Regis literæ circa Synodi continuationem, & residentiæ articulum.*

*Fall'ov. c. 13. n. 2.* Huic utriusque Legati reconciliationis plurimum conferebat Hispaniæ Regis epistola ad Marchionem Piscarium, quam quidam Nuntius ad Marchionis Secretarium nocte, quæ præfatam concordiam præcedebat, attulerat, portum in ea significabat hæc Philippus Rex: „intellexi, quod Synodi continuatæ declaratione Cæsari, ac Galliarum Regi permolesta accideret, adeo, ut etiam, si in hoc proposito persisteretur, Synodi dissolutio timenda esset, quæ circa hanc continuationis declarationem ulterius a meis urgeri haud amplius volo, dummodo vicissim hoc Concilium nova esse Synodus disertis verbis non diceretur, sed prout cœptum fuit, ita etiam continuaretur, quin tamen alia novæ indictionis declaratione fiat. „ Insuper idem Rex circa residentiæ caput suis Episcopis significabat, quod quidem eorum conatus, quibus hunc articulum esse juris divini declar-

*Sarp. p. 525. Lettr. de Lansac au Roi 24. Juill. 1562. Mém. pour le Concil. de Trente p. 265. & suiv.*